Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



PSALMUS DAVID

Totus psalmi huius textus ad perfectum aptandus est xpianum · qui de diuersorum laude meritorum in eccla perseuerans · diuinis se beneficiis consolatur

IUDICA ME DNE quoniam ego in innocentia mea ingressus sum · & in dno sperans non infirmabor

Proba me dne & tempta me · ure renes meos & cor meum

Quoniam misericordia tua ante oculos meos ē · & complacui in ueritate tua

Non sedi cum concilio uanitatis · & cum iniqua gerentibus non introibo

Odiui ecclesiam malignantium · & cum

Iudica me dne · postulat enim uir scs iudicia · quia certus erat de eius misericordia · In innocentia ingreditur · id est inter peccatores non confidens in suas uires · sed in dm · ideo non infirmabitur

Quia misericordia dni ante oculos cordis prophetae habebat · Ideo periculae temptationum non timebat · complacere est cum scs aeternam gratiam promereri · In ueritate · id est in xpo · qui est uera ueritas

Odiui ecclesiam · id est iudaeorum uel hereticorum qui maligni dicuntur · & cum impius · qui non solum mala cogitauerunt · sed in opere perfecerunt